



## Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

## Richtlijnen voor gebruik


Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

## Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



A35163

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Digitized by Google

**A R C A N A**  
**L I N G V A E T E V T O N I C A E**  
ex cuius proprietate , principia  
finesq; Mundi Corporei Diuina  
& Naturalia secundum nume-  
rorum & operis primorum die-  
rum Ordinem eruuntur.

**A V C T O R E ,**

**C H R I S T I A N O B O U W E N S**  
*Mosa Traiectensi S.T.B. Pastore*  
*in Vleystingen.*



**L E O D I I ,**

**T y p i s C h r i s t i a n i O u w e r x J u n .**  
propè S.Dionyshum sub sig-  
no Patientiae 1629.  
*Superiorum Permissu.*



Amplissimis & Ornatissimis viris  
Dominis, Domino Wynando à  
Geldria Decano, RR<sup>dissq;</sup> Insigni-  
nis Collegij Seruatiani Traie-  
cti ad Mosam Canonicis S. D.



RCANA hac que à  
millibus annorum quod  
evidem sciam, publica  
fuerunt, sic tamen ut ar-  
canè, ut aliter aliterq; arcana essent  
& publica, feci non ut perfidus secreti  
manifestator, quamvis circa linguam  
versatus sim, sed ut Iudex seu moni-  
tor eorum qui ignoranter ambulant  
viam publicam, que & si communis  
est, quandoq; tamen communis esse non  
potest ob grassatores aliosq; nisi aut ar-  
ma Principum in illa sarent aut fixa  
insignia videantur: Sic estimavi hac  
mea arcana iam publica diu publica  
comuniaq; esse posse si nomen vestrum  
ipsis

## EPIST. DEDIC.

ipfis præfigeretur. Nam sonare laudes singulorum vestri Collegij esset multorum, at totius Collegij non est unius: nec enim aut eius sanctitatem, aut antiquitatem, aut magnificentiam singulariem inter Collegia Galliarum non tantum sed ferè Orbis pro unius cuiusq[ue] dignitate declarare non est laboris mei, & si esset; non patitur præfationis angustia, Imo ne libelli quidem, nisi plus toto præfari velim. Quam etiam ob causam, quid in illo egerim hic non explicco. Scient autem qui libelli, nō librum tantum, sed medullam inspexerint. Ut autē inspiciatur à vobis quidem faciet eius breuitas & humanitas vestra, ut verò ab alijs, allicit nomen vestrum. Ut enim leuis densa seu pannus ob rarum & tenuem textum, vilis, culinarum scopæ sunt, quas liberalis oculus auergetur: at si illi Illustrium virorum Imagines intextæ sint, iam fiunt aulae & visus oblectamenta, sic libellus hic tenuis à nomine vestro inscripto estimationem capiet

EPIST. DEDIC. A  
capiet & legetur, qui alioqui Phar-  
macopœorum fieret cucullus: excusari  
oportebat doctrinæ infirmitatem à so-  
litudine mea, in cultū sermonem à ru-  
re, & semel prodeundi temeritatem  
ab aetate Iuueni; sed hec sunt tempo-  
ra ut ne quidem causam agas bonam si-  
ne Patrono, qualis mihi potestis esse  
si placeat, ut placuit cum fuisse ut  
maior fiam qui fui sumq.

Cliens Amplitutt. V. V.  
*Christianus Bowdens.*

## APPROBATIO.

**I**nfrascriptus attestor me legis-  
lū se libellū cui titulus est *Arcana  
lingua Teutonica*, Auctore D. Chri-  
stiano Bouwens Pastore in Vleytin-  
gen, nihilque aduertisse Ortho-  
doxæ Fidei bonisq; moribus re-  
pugnās, in cuius fidem subscripti  
hac 14. Maij. 1629.

*Ioannes Happart S. T. Licent.  
S. Seruatiij & Io. Bap. Ca-  
nonicus respectiuè & Pastor.*

---

**P**ercurri & ego subscriptus hęcce *Arcan-  
a lingua Teutonica*, & præterquā quod  
nihil sancte fidei & sanis moribus conti-  
neant contrarium, aduerti ea valdē inge-  
niosè explicari ideoque prælo videri di-  
gna. Quod testor hac 17. Maij 1629.

*Leonardus Stockus S. T. Licent.  
& S. Seruatiij Leodij Pastor.*



Vm ea quæ à natura insunt  
vt vbiq; gentium in omni-  
bus eadē sint necesse sit non  
minus quam ipsa vbiq; ea-  
dem est; non difficulter ti-  
bi persuadeas idiomata non ex natura, sed  
ex instituto esse & significare; & quidem  
verosimiliter diuino omnia, præter illa  
quæ in ipsis rerum postea inuētarum no-  
uitas, aut nouitatis ipsius vocum studium  
excogitauit vel mutauit; ex quibus illa  
fecit copiam linguæ; hoc vnâ cum popu-  
lorum confluentium diuersi sermonis in-  
ter se commixtione vniuersiisque fontes  
turbauit, alueos deduxit puritatem pri-  
mogeniam fœdauit, quandam tamen attu-  
lit fœcunditatem, quam premente scilicet  
rerum multitudine verborū paucitatem,  
insigniter inter cætera iuuit analogia, quæ  
diuina humanaq; nomina ad mutuam sig-  
nificationem seruata proportione docuit  
enunciare. Ex Dèi itaq; instituto prima-  
rum vocum aliquæ, vt videlicet proto-  
plastorum commune nomen quo eos vo-  
cauit

**Gen. 5.** cavit Adam, aliquæ de quibus singillatim affirmare non possumus; ex instinctu verum plurimæ acceperunt vim significandi proferente eas Adamo; Nec in prima tantum lingua, sed & Babylonica confusione; Ut enim Deus unitatem primæ aut fecit aut fugessit ut necessarium & sufficiens vinculum humanæ societatis; Sic ad streturam turris **Babel**, dissonantiam sermonis immisit inscijs, ideoq; nolentibus tanquam impedimentum operis nefarij procedentis ex dissidentia promissionis diuinæ, timente aliud diluvium, & deinde tanquam dissidentiaz illius & timoris memoriam sempiternam, quam perfectam ad nos transmiserunt prisci Maiores nostri structuræ illi coœui, quandoquidem non de omni omnino confusione, sed lingue & sermonis tantum voluerunt dici in nostra lingua **Babel**, non stolidè facti sui generisque secuturi probrum clarius conservantes quam gentes cæteræ (quæ turris quidem **Babel** ut fortè memoriam servant, vocis tamē illius cum talis confusonis significato oblitararunt exosæ factum suum confusionis causam,) sed laudem potius, quod cum cæterarum gétium linguas obseculus turbasset & miscuisset Deus, ipsi soli

soli sinceritatem primogenia*m* sui idiomatis  
 retinuerunt, quod illius sceleris commu-  
 nioni se non miscuerunt. Nec enim omnes  
 Noë posteros tunc viuentes structuræ Ba-  
 bylonicas interfuisse credendum est, tum  
 quod ipse iustus Noë (qui ab Hebreis  
 scibatur Noach, quasi dicas necessitatis. *Nor.*  
 curam habens) post diluvium vixerit an-  
 nos 350. seu post ædificationem **Babel**  
 annis 219. nec verisimile sit ab omnibus  
 derelictum fuisse; tum quod ut Iosephus  
 refert lib. 1. antiq. cap. 9. Sybilla dicat;  
**Cum omnes homines unius vocis essent, quidam**  
**turrim edificarunt, ergo non omnes;** tum  
 quod absurdum videatur omnes omnino  
 emigrasse ex terra illa ubi arca quieuerat,  
 cum ipsis constitutum esset iterum implere  
 terram, & iam anni centum & triginta à  
 diluvio effluxissent cum edificaret turrim;  
 ita ut à vero nō abhorreat aliquos saltē  
 ibi remāsse & cum eis, aut alibi cum Noe  
 & eius alleclis primam linguam. Cum  
 autem zetas immediata post diluvium ante  
 ædificationem **Babel** & linguarum cō-  
 fusionem vocetur Schytismus ut testatur  
 Epiphanius, à Schytis, utique ut ego arbit-  
 ror, tunc rerum dominis, ergo erant  
 tunc temporis Schytiz, & consequenter  
 Schyticē

Schyticè viuebant & loquebantur, eratq;  
ita lingua Schytica Patri Noe & filijs eius  
materna ad turrim usque, donec **θέβρων**  
(qui à rapiédo victui necessaria quæ panis  
nomine communiter significamus, dictus  
est) tyrannydem cœpit exercere, & à Noe  
caterisq; bonis desciuit, tantq; ea lingua  
saltem secundum radice apud quosdam  
ob causas dictas & apud Schytas eo magis,  
quod cum ipsorum esset futura plaga Sep-  
tentrioñalis vel ex instituto diuino vel  
partitione Noach migrantes ab Oriente  
absurdum instituissent iter per campos  
Sennaar, in quibus ædificare turrim cona-  
ti sunt. Ipsorum autem esse Septentrionem  
declarat Ezech. cap. 38. dum ait, **Gomer** &  
**universa agmina eius domus Thogorma latera**  
**equilonis & sorum robur eius populiq;**, multis  
inter quos paulò superius numeraverat  
Magog. In quibus verbis Propheta facit  
Thogormam & Gomerum incolas Aqui-  
lonis qui stant ab ea cœli plaga quæ est in-  
ter Septentrionem & ortum solstitiale  
media, qui Thogorma filius fuit Comeri  
fratris Magog & nepos Iapeti filij Noe, &  
frater Ascenes & Riphah. Posteros autem

**Lib. 1. Magog Schytas ait: vocari à Græcis Io-**  
**cap. 11. seph, nomine scilicet nationum septentriona-**  
**nalium**

naliū generalissimo & populos plurimos comprehendente, vt docet Plinius lib. 4. cap. 12. qui ait Schytarum nomen vsque-quaq; transisse in Sarmatas & Germanos, nec alijs prisca m illam ( nempe sub Schytarum nomine durare appellationē, quām ijs qui extremi gētium harum igouti pro pē cæteris mortalibus degebant, quasi diceret Schytarum esse diuersos populos, & diuersis nominibus vocari, sed eos quorū propria nomina ignorabantur, generali vocatos esse Schytas. Et quidem sic dicti sunt vel ab arte & vsu sagittādi **Schut** / **schtut** vel à Schyte qui arcum & sagittam inuenit, vel ijs primus, frequentius, aut magis peritè vsus est, & inde cognomen sumptit, vel ars ipsa à dexteritate sagittandi Schytæ dicta est, sine ille aut Ioue Plinio seruatus; siue Herculis seu Noachi qui Hercul dictus est, quod communis esset generis humani parrens, vt **Herban** dicimus communem viam, **Herberg** cōmunem seruationem seu hospitium. Inter Schytas etiam idem lib. eodem cap. vndeclimo Sithonios numerat genitores Orphei vatis poeseos & Theologicæ apud Græcos authoris, vt mirum non sit si Deorū nomina ad originem **Schiticas**

**Herbā**  
**Her-**  
**berg**

Schyticæ seu Belgicæ linguæ reduci posse  
sunt. Atqui minus ait Iosephus, à Græcis Ga-  
latæ nūcupātur, olim verò dicti sunt Gomeris; quos Gomer instituit Septentrionis incola, ut  
testatur Prophetæ supra, cuius filius Askenas  
erat, à quo Germani Askana sim ab Hæ-  
brais vocantur, quos ibidem ait Iosephus  
à Græcis vocari Reginos, aut potius ut  
ego puto, incorruptè Rheninos quasi  
Rheni accolias. Itaq; vt Galatæ erant sobor-  
les Gallorum Europæorum qui Græciam  
vastarūt, & mox in media Asia parte con-  
federunt; sic & alienam sibi linguam Græ-  
corū cōmixtione didicerunt, & ut testatur  
D. Hieronymus in cōment. in ep. ad Gal.  
lib. 2. propriam habuerunt linguam, ean-  
dem penè cum Treuirorū, ex qua si quis  
his temporibus sibilos exsibilet, eadē erit  
cum hac nostra Belgica & antiqua Gallo-  
rum, cum Galatæ fuerint Galli & Treue-  
ricè seu Belgicè locuti sint, in qua & lin-  
guam Galli propriam habent & conve-  
nientem nominis sui etymologiam. Nam  
Gallus dicitur quasi VValus (nam La-  
tini carent dupli illa, & pro ea ponunt  
digamma) ex qua voce si tollas terminatio-  
nem latinam, habes **Wal**, vt & hodie  
**Gallum** vocamus; **Wal** autem significat  
vim

vim & ferociam, hinc **gewalt**. Item &  
 vnicam aquæ feruentissimæ bullitionem,  
 at Gallorum primus impetus erat tantus  
 vt maior esset quam virorum, vt annota-  
 runt veteres, vt rectè per excellentiam ab  
 impetu dicti sint ; Si verò à contrario ro-  
 bore primus ille calor sustineretur, tam  
 clanguebat vt minor esset quam foemina-  
 rum, vt & **Mal** contrariè lectū significat  
 tepidum **Lam.** Itaq; cum Galatæ à Go-  
 mero descendisse scribatur Septentrionis  
 incola, nec interfuerit ipse aut proximi  
 eius posteri turris ædificationi, nec conse-  
 quéter linguarum confusionei ob rationes  
 supra datas, colligeretur Galatarum lin-  
 guam eandem cum Treuirorum seu Bel-  
 garum radicitus primâ esse instituto, licet  
 Hebræa aliæq; paucæ ab eorum sanctitate  
 qui ijs vñi sunt dignitatis fuman principa-  
 tum. Quod verò in Genesi scribitur quod  
 confusum fuerit labium vniuersæ terræ,  
 probat quidem linguam Schyticain, quæ  
 tunc vniuersæ terræ erat corruptam esse  
 in vniuersis seu plurimis (qui vniuersorū  
 nomine sèpè significantur) eâ tunc ibi  
 utentibus, sed non in omnibus omnino  
 Noe viæ alijsq; qui se timore illo non cō-  
 tamisarant. Alioqui sancè frustra & ineptæ  
 Veteres,

Veteres, & in ijs Philosophi, & Reges vt  
 Plato & Psammetichus Aegypti Rex iussis  
 educari pueris solitariè ita vt nullius lin-  
 guam audirent, & tandem Bech pro pane  
 lingua phrigum ( qui à Thogorma Go-  
 meri filio sunt ) eloquentibus, à qua nos  
**Becher** pictorem vocamus. **Becher**/ frustra in-  
 quam diligētiam adhibuisserent vt primam  
 linguam inuenirent, nisi alicubi eam su-  
 peresse, sibi persuasum habuissent, quod &  
 superiori saeculo tentauit Achebar prone-  
 pos Magni Tamerlanci, absq; vlo tamen  
 euentu cum infantes manerent. Si tamen  
 pro antiquissima præoccupati ab Hebræa  
 animi, hanc nostram & vicinarum Septen-  
 trionalium gentium radice tenus non ag-  
 noscent, nec plurimi linguarum suarum  
 admiratione attoniti illam eo dignaturi  
 sint nomine, quā nec loqui velint et si eam  
 docti nisi necessitate cogente, nec multi  
 etiam Vernæ spernentes ea quæ domi suæ  
 sine labore nascutur optima, procul ultra  
 mare & montes querunt exotica : ob eius  
 tamen artificiū, & rerum naturæ optimam  
 significationem, significationis modum ab  
 viu & finesumptum, & in significando  
 plurima breuitatem, est quod eam admi-  
 remur, siue ea habeatur linguarum prima  
     scu

seu postrema, quorum singula singulatim  
 persequi, & pro rerum copia & latitudine  
 tractare insani sit laboris & operis infiniti.  
 Cum verò Deus omnia benefecerit & or-  
 dinarit, tum maximè, cogitandus est illa  
 conuenientissimè ordinatio & significatio,  
 quorū ordo propriè est, & quæ sine Or-  
 dine vix concipi possunt. Numerus vide-  
 licet & Tempus, quorū ille multitudinis  
 ordinem connotat, hoc vero est numerus  
 motus circularis per ordinem prioris &  
 posterioris, quod circulari voce vocavit  
 linguae institutor **Cit.** / quasi dicas **Cit.** id **Cit.**  
 est imputo seu imputatio, & **Cit.** quod est  
 calor & vox incitantis ad celeritatem, ex  
 eo quod calor causa sit levitatis, quæ quā-  
 topere motum acceleret non opus est do-  
 cere, cuius celerrimi motus numerus est  
 Tempus cōtinuo celerimè fluēs sine ulla  
 quiete, quod quia citissime elabitur, ideo  
 maximai faciendum est, & eo magis quod  
 ab hoc pendeat eternitas nostra, nam post  
 hoc non dabitur aliud faciēdi bona opera  
 propter quæ illud nobis à Deo datum est,  
 ideoq; eius celeritas & pretium ut nobis  
 bene nota pro transacti ratione imputabi-  
 tur quod est **Cit.** Ideo de numerorū no-  
 minibus Belgicis aliqua afferam, non quæ  
 expli-

explicent numerorum proprietates, quæ  
qua demum lingua numerus effatur,  
eodem sunt; sed illa quæ ex nostræ linguæ  
proprietary ipsis inesse possunt intelligi, &  
quædam per occasionem ijs coniuncta ex  
opere & quiete septem primorum dierum  
incipiendo ab unitate ad duodecim, qui  
ultimo denotat peculiare significatum,  
cum sequentes numeret denarij augmento  
per priorum ordinem, quæ huius lin-

**D**en guæ auctor vocavit **D**en ab **D** id est  
principio, hinc **D** / **S** / **T** / **P** / **O** / **N** / fine, interposita litera Delta, media  
**D**. inter T. & Th. & initiali quidem syllaba  
S. cautè principium, & finali finem, insi-  
nuans hanc esse perfectissimum ordinem,  
eumq; optimè seruari si in unoquoq; ge-  
nere rerum illæ initium occupet quæ pri-  
mæ sunt, & illæ finem quæ ultimæ, medio  
seruato ijs quæ mediæ sunt, ut D. litera ex  
medijs una est, quam si tollas aut mutes in  
tenuem aut aspiratam, euerteres ordinem  
significasq; extremitatem **T** tantum &  
finem **N** sublatō medio sine quo vt à  
principio ad finem peruenias fieri non po-  
test. Litera autem T vel D. sèpè tantum  
terminus est dictionis, & talis potest esse  
hic cum vox **D** ex duabus cōposita  
sit,

sit quarum partem si veritas audis **Rō / Ro.**  
 quod & rubrum significat & virgam re-  
 ctam seu regulam, tum quia principium  
 illius generis (genus autem etiam dicitur  
**Dī**) ad cuius finem & seruitum omnia  
 facta sunt ex rubra terra factum sit ut te-  
 statur Iosephus; tum quod id per quod  
 principium illud & genus totum ad prin-  
 cipiū sui vertitur sit virga directionis,  
 virga regni Dei, in quo principij illius &  
 generis consistit postrema quies, quæ  
 motu incepto à dextra à qua fit princi-  
 pium motus, acquiritur in sinistra ut &  
**Dī** à dextris lequm sonat **Rō** virgam  
 rectam à qua incipere debet & secun-  
 dum eam moueri is qui in principio suo  
 & simul fine à quo & ad quem factus est,  
 cupit quiescere & cum eo coniungi. Ab.  
 scissa enim virga decoris, præscindetur  
 etiam virga funiculi hæreditatis eius,  
 quo alioqui homo arctissimè cum Deo  
 iungeretur, si videlicet regulam Christi  
 secutus fuisset. Ordinem itaque habet **Gal. 6.**  
 & clarissimè seruat & ostendit series Nu-  
 meri, quæ nos dicimus **Tal** commu-  
 ni nomine ad Idioma seu & orationem  
 quæ numerus est & fluxus syllabarum

B sibi

**Zach. 11.**  
**Deut. 32.**

**Tal**

fibi mutuo succendentium, quæ vox **Cal**  
 si eam resoluas in **C** & **A** id est ad om-  
 nes, communionem declarat maximè ge-  
 neralem linguæ, ideoq; vnius inter omnes  
 ut ab initio fuit, deinde affabilitatem cō-  
 mendat. Etsi enim primogenia vocabula  
 omnia sint monosyllaba, ipsaque sint ipsa  
 origo & radix aliorum, nec aliam rationē  
 significationis suæ habent quam volunta-  
 tem instituentis: Illa tamen monosyllaba,  
 quæ plurium sunt literarum quam duarū  
 sœpè innuunt compositionem, & eo magis  
 credibilem quo sunt plurium. Quenam  
 verò nullibi ferè maiori opus est circum-  
 spectione, quam in loquendo, ad numerū  
 loquendum esse, interplus loquendum  
 quam debeamus nomine illo **Cal** quod  
 cōmune est numero, loquelæ & solutioni  
 doceatur. In multiloquio enim nō deerit  
 peccatum: vnde & otioso sermoni in-  
 texuit primus institutor. Peccatum seu vi-  
 tium cum illum vocavit **Cal**/ quam vocē  
 si relagas habes **Lah** /quæ in genere sig-  
 nificant vitium. Cuius à Sapiente datæ do-  
 ctrinæ consideratio quod triliteræ inclusa  
 sit voci sufficiens profectò sit argumētum  
 cur fateamur linguam hanc aut à Sapiētia  
 aut Sapientissimo esse factam. Ut verò  
 peccatum

Opdē  
Kerfō  
Spjek.

**Kal.**  
**Lah.**

peccatum in loquendo eitemus, plurimum confert circumstantium tam rerum quam personarum consideratio, cui ut contrariatur locutionis festinatio, ita facilius acquiritur eiusdem tarditate, quam ad loquendum requirit D. Iacobus, & linguae huius auctor relegendo **Tal** à dextra **Lat.**  
 ad sinistram **Lat** tardè, & omitto, quod nimirum tarditate & omissione loquelæ seu silētio & minus & non tam facilè pectetur quam loquendo. Quod synonymo etiam vocabulo inculcauit vocum Fabricator, dum loqueland etiam vocavit **Sprak** siue absq; elisione **Sparrah** **Sprak**. In compotione enim si cōpositi vna pars eadem consonante finiatur per quam altera incipit, vnicā sāpē ponitur pro duabus. **Sprak** igitur sit ex **Spar** & **Rah**/ **Spar.** quarum illud significat parco & diduco; hoc verò palatum quod non solum est instrumentum vocis simpliciter, sed etiam articulatæ, seruiens potissimum ad reperciusionem soni ut sic ulteriùs & clariùs diducto palato audiatur, qui iam à lingua & labris factus est; estq; hic obiter notandum, quod sicut palatum est organū gustus qui non potest fieri sine tactu, sic & **Rah** significat palatum & tactum, & retrograde

**Kar** lectum **Kar** gusto. Aequiualeit itaq; vox  
**Spar** huic, parce palato per silentium,  
vel si loqui debes diduc palatum clare lo-  
quendo. Non minor profecto huius lin-  
guæ artifici fuit decoram locutionem &  
silentium docendi cura quam Pythagoræ  
a discipulis quinquennale silentium exi-  
genti quod vasa rimas agentia liquorem  
non contineant, vacua verò percussu so-  
nent, ita & loquaces aut disciplinam non  
retinent, aut insipientes sunt, cum stultus  
Prover. 17 etiæ pro sapiente habeatur, si taceat: Non  
minor inquam, fuit cura nec enim suffecit  
illi hac voce **Spar** ea indicasse quæ  
dixi, sed & insuper per eandem monuit  
primò alterum per verbum tuum non esse  
tangendum seu lædendum, **Rak** enim  
significat tactum qui mordacissimè fit per  
verba, & nobilissimè tangendo vitam fa-  
cta q; alterius: Deinde nullibi diligentius  
attendendum esse capiendæ occasione  
quam in loquendo & silendo, quæ cum  
ab ijt iam frustra loqueris, aut te tacuisse  
vis. **Spar** enim calcar significat & **Ak**  
vncum, quorum illo instigatio, hoc reten-  
tio sermonis potest denotari, quorum  
vtrumq; vt loquelam & silentium optimè  
decet, sic difficillimè acquiritur. Quoniā  
verò voees institutæ sunt vt signa per que

alijs sensa mētis nostræ possimus declarare; Simplex quidem signū in quo cōplexa veritas enunciatiua non est, sed tantum conformatas signi ad id quod alicui signatur, seu quō quis monetur formate mētis conceptum de re quapiam vocavit **Nam** cuius officium & finem nōscis si relegas **Nam** **Nam** enim est moneo: per voces enim simplices rerum significatarū quasi mone- mur, & memoria fit: Complexum vero præter **Tal** & **Sprak**/ s̄epius etiā sig- gnificat **Wort** seu Verbum, ut etiam la- **Wort** tinē dices standum verbo seu promis- sione quæ per enunciationem saltēm im- plicitā fit. In qua voce **Wort** non minus latet artificij & sententiarū quam in supe- rioribus. Nam componitur vel ex **Wort** quod est sicut & **Wort** principium. quali di- cas. quod enūciationes debent esse verae & similes quantū fieri potest veritati primæ quæ virga est & regula omnium veritatū. vel fit ex **Wort** id est quis & **Wort** id est audit, vel ex **Wort**/ quod est sicut, & **Wort** decet, eo quod delectus habendus sit lo- quenti tam personarum quibus loquitur, quā modi quo loquitur; attamen cuiq; aut quomodocumq; loquatur, ita circum- scribēdus est & cōtrahēdus seruo ut intrā

**Trov** limites veri seu fidei consistat quod doce-  
mur relegendō **Trov** quod cī Fides &  
Veritas, nec verbum dignum est nomine  
verbi nisi sit cum veritate cōiunctum, quæ  
ut solemnissimè iuratur & primō à Deo  
commendata est, & cum maximo iniusti-  
tiaz periculo rūpitur inter Coniuges, ideo  
per excellētiā de Matrimonio dicta est.  
Nec alia potest vox formari quid signifi-  
cans in hac lingua ex illis literis. quam  
**Rovt** id est pœnitet, quod quœmodo-  
cumq; quis vertat sermonem suum, si in-  
tra limites illos non contineat, virum fal-  
tem probum pœniteat locutum fuisse, &  
eo magis quod verbum irrevocabile sit,  
dum enim fit iam factum est, nec infestum  
fieri potest, vt & **Mort** idē est quod fit.

---

## C A P V T S E C V N D V M.

**A**ctum numerandi dicimus **Cel**/ vbi  
si mutes tenuē in mediā habes **Dcl**/  
partior, quod numeri denotat proprie-  
tatem qua in duo omnis potest diuidi, par-  
verò solus in æqualia, quod fieri non po-  
test nisi per præcisum medium, vt D, me-  
dia est in **Cel** seu numerando. Dicimus  
etiam de eodem actu, sed magis tamē pro-  
priè

priè de computu **Reken**/quasi dicas **Re Reken**  
 rationē & **Ken** nosco, eo quod sicut in  
 numeris perfectissima rationis æqualitas  
 percipitur quandoquidem sola vnitas ad-  
 dicta aut detracta intrinsecam numeri cu-  
 iusvis rationem mutet; ita & in computu  
 qui fit inter duos inter quos inuenitur  
 propriè dicta Iustitia seu æquitas, æquita-  
 tis debet maxima haberi ratio; cum in  
 simplici numeratione rerum non tam re-  
 quiritur æquitatis ratio quàm considera-  
 tionis & aduententiae fiat error, quem  
 vita si **Tel** relegis & facis **Let** / id est **Tel.**  
 diligenter aduerte, & eo diligentius quo **Let.**  
 faciliùs ratio numeri & eorum quæ cum  
 ordine ad numeros intelliguntur, leditur  
 quippe per indiuisibile, & manifestior ex  
 paruo errore sequitur fœditas quo vtter-  
 ius numeras, quod utrumque significat  
**Let** quo omnem in genere læsionem &  
 fœditatē significamus. Altera itaq; numeri  
 proprietas est esse æqualem, seu Parem &  
 Imparem quorum illud vocamus **Par**/ **par.**  
 quod & idem est quod per paria dispono, **par.**  
 quod fit per **Rap**/ seu collectionem seli-  
 gentis quæ ut **Del** quandoq; ponitur pro **Del.**  
**Tel**/ sic significatur per **Leg**/ quod est **lego** **Leg.**  
 B 4

**D**icitur **On** feligo **Oppar** autem cōpositum est ex  
**Par** & negationis seu priuationis nota  
**On**/vt clarissimum est in plurimis, cuius  
cōtrarium est **Non** nēcessitas : est enim pri-  
uatio carentia quādam rei debitæ seu ne-  
cessariæ, qua videlicet vt sic loquar, quid  
inuitè caret, vt & inuitum dicimus **Non**/  
cuius idcirco oppositionis natura rectè per  
has voces docetur, etiamsi ad alia genera  
**Non** etiam transferatur. Si autem illi voci **Non**  
**Post** addas cōmunem finalem vt fiat **Post** ne-  
cessitas & eam immutes, habes **Con**/id  
est ostendo vel ostento, quo docentur ho-  
mīnes humanitatis & amoris mutui non  
debere obliuisci, sed conquerētūm neces-  
sitates ope sua mutare, conquerentium in-  
quam, seu indigentiam suam non suppri-  
mentium, sed eam ostendētūm, nec enim  
mutis sit bonū, neq; de abundantia nostra  
nos ostentare cōuenit quam aliundē acce-  
pimus, nisi quando id cum iudicio neces-  
tas exigit. Tertiū conuenit numero Men-  
sura, quam vocamus **Mēt** voce translata  
ab æquitate mensuræ ad modum in rebus  
omnibus & obseruantiam decori, qua om-  
nes exorbitatiæ intra Rationem omnium  
actionum ethicarum mensuram coercen-  
tur, & desideria quæ alioqui per libidinē  
indecora

indecora sunt & fera, decora fiunt, cicurātūr & mansuefiunt, quod vocamus **Tam** legentes **Mat** à dextra ad sinistram: Seruantes enim decorum, seruamus modum & seruantes modum sumus decori: Videatur tamen quod in hac translata, communissima tamē significatione originalis seu intētione prima vox sit **Tam** decorum, at efficientia **Mat** vocali breui (vt brevia priora sunt longis cum hēc ex illis fiāt) quæ significat fatigatum. Nam habitus mali si per contrariarum actionum continuum exercitium fatigentur, citius dormantur (**Tam**) quibus domitis tenetur mensura **Mat** seu modus, quem si teneamus in omni actione, decori sumus, & nominamur **Tam** à similitudine decori circa quod versamur. In illis autem duabus consonātibus, est & quod notetur, quod videlicet manentes eodem ordine cum interiecta ex quinque vocalibus yna, voces faciant significatiwas virtutum quatuor cardinalium, quæ retrograde lectæ officij vniuersiūsque singulatim apriunt, ita tamen vt inter illas voces media terminetur per consonantem medium & pro vocali habeat vocalium medium & relicta nihil significet, quæ est **W**/ **E** quod medio ubique recta cūndum sit,

*Arist. s.  
Eth. c. 1.*

& ab excessu cauendum: **Mot** enim etiā idem est quod caue seu vita. Ut autem Iustitia virtutes continet omnes, & earum quædam vnio est; sic & vox illa quæ medium seu Iustitiā denotat expressè, & cautelam imperat, medium tenet locum, eas veluti connectens, & ab excessu monitione seruans. Illarum prima est Prudentia rerum agendarum recta ratio, seu regula quædam & mensura dirigēs operaturum, quæ ideo vocetur **Mot** generali nomine mensuræ ipsi appropriato, eo quod ipsa sit quæ præscribit quid decorum sit, & quo modo id acquirendum quo passiones animorum mitescant & rectitudini rationis commensurentur, quas tamen ipsa non domat nec mensurat, cuius officium explicit **Cam** decorum & mansuetum, quod à Prudentia docetur non sit. Altera est Iustitia quæ significatur per vocem **Mot**, id est Metior quod hæc rationis mensurâ acceptâ à Prudentia metiatur vnicuique quod suum est, & docta à præcedenti modo quibus desideria irrationalia rationi commensurari & mansuetieri possint per eosdem hæc actu domat quod dicimus **Cem.** **De Mot. Dir.** Sequitur **Mot** vocali lōga, quod significat animositatem quæ

quæ vera potissimum est fortitudinis quæ molestias ( **Mot** ) superat , fortitudinis inquam veræ , ideoque non temerariæ nec effrænis , sed eius quæ habet Iudicium consulentis debere **Mut** assumi frenum , quod vocamus **Celi**. Ultima est **Mut Mot**. seu cauea qua aues continentur ne volent quo volunt , ut & Temperantia est in qua leuissimæ & maximè volatiles variæque corporis voluptates captiuæ sedent , & quæ de facto earum appetitui sobrietatis & pudicitiæ frenum injicit : neq; actum significat **Celi** freno ; siue etiam quod Tem- **Celi**. peratia seditionem ( quā dicimus **Mut.** ) internā & maximè sensibilem nutrit spiritus videlicet aduersus carnem , subtrahens ea carni quibus caro secundum rectam superioris Spiritus voluntatem vti non potest .

### CAPUT TERTIVM.

**En.**

**N**umerorum omnium principium , Vnio , & finis est Vnitas , ex qua omnes exsurgunt numeri , ipsa vero ex nullo est , quam vocamus **En** voce significante terminum quemcumque tam initialem quam

quam finalem, infinitante etiam verbo-  
 rum significationem, cuius contrarium  
**Non** / significat negationem omnem. In  
 qua vocula, vt à naturalibus & magis  
 agnatis ordinar, tria omnis generationis  
 Physicæ principia docentur. Cum enim  
 generatio sit transitus à non esse ad esse,  
 necessarij ipsi sunt duo termini vnum à  
 quo qui est priuatio formæ, quæ signi-  
 ficatur per **Non** / videlicet **Est** legendo  
**Non**  
 retrograde à dextra ad sinistram, alter  
 terminus ad quem, qui est habitio seu ac-  
 quisitio formæ, vel forma ipsa acquisita,  
 quæ significatur per **Est** vnum, seu vnum  
 faciens, & terminans, quod, vt vnitas per se  
 numerus nō est, sed generalitatem numeri  
 cuiusuis contrahit ad certam speciem; ita  
 forma quæ per se quid cōpletum non est,  
 contrahat ad certam speciem generalita-  
 tem materiæ primæ, quæ inde sufficenter  
 intelligitur, cum nec priuatio nec forma  
 esse possit sine subiecto quod est Materia  
 commune formarum omnium sustenta-  
 culum, quam expressè hac voce noluit In-  
 stitutor docere, eo quod Materia conci-  
 piatur prior esse quam forma, siue prior  
 eo quod vnum ipsum constituit, ideoque  
 à nullo dependens, & cum generalissima  
 generali-

generalitate, quæ in Vnitate vnica perditur, quam hæc vox **En** significat. Cùm **En** verò eadē infinitiuè & vocali longa sumpta significet Iuratū esse & Iurare, quod est teste in inuocare Deum, occasionem possit dare suspicādi per Vnitatem comparatiuè posse intelligi Deum & quidem Patrem, tum quod Deus omnis Iurate veritatis ratio sit & fundamētum, cuius proinde omnia dicta sunt Iuramenta, cum per quem iuret non est aliis ab ipso: tum quod omnia Deo Sacramēto quodam obligata sint, tum denique quod vt Vnitati proprium est à nullo esse numero & ab ipsa omnes. Sic & Deus Pater à nullo est, ex ipso autem vt principio diuina humanaque sunt omnia, propter quem vt finem vltimum condita sunt vniuersa siue vt eum possesura, siue possessionis illius acquirendæ media, quæ iterum per diuinam suam infinitamque potentiam ( vt & **En** infinitans est ) omnia vt vnta sint facit & conservat talia, sic vt vnum est omnes numeri & omnes in ipso vnum sunt, ita ab uno Deo omnia sunt plura, & in Deo per Ideas omnia vnum est. Ut autem Vnitas nec par est nec impar, ideoque sine contrario, ipsa tamen contrarietatis radix

radix ita ut sola unitate & paritas & imparitas percipiatur, & per illā omnes omnino numeri intelliguntur ; Sic & à Deo primo die qui vni recipiōdet creata est lux, quæ qualitas caret contrario, qua tamen contrarij colores videntur, nec sine ipsa videri possunt, quæ non solum terminus est visionis ut Unitas numerorū finis est. sed & dispositio necessaria & veluti causa ad videndum, ut unitas causa quædam est à qua Numeri sunt. Diem hunc vocarunt Maiores diem Solis qui fons indefessus Luminis est, vite & sanitatis sublunarium causa quædam, & constantiae seu Unitatis signum ob invariata lucis abundantiam & motus maximè notam similitudinem, quemadmodum ob contrarias rationes Luna, est symbolum contrariorum, propter quam Unitatem fieri potest quod datum sit primo diei nomine Solis quem vocamus Sun voce cōmuni ad significandum Solem filium, redēptionis lycrum, conciliationem & eius signum quod est osculum. Conciliatio autem unitas quædam est duorum ratione videntium, & in corporibus morborum seu discordiæ fugae, & sanitatis & integratatis diuisæ restitutio, cuius auctor est Sol. Huius integratatis

tatis contrarium significat **MOS** / vt ex cōposito liquet **Dnnosel** Innocens sine noxa : Multa enīm simplicia non solum in hac nostra lingna, obsoleta sunt, quorum composita in vſu sunt. Vel sanè dies ille Solis dictus est in memoriam primi diei & in eo lucis factæ, quæ in Sole maximè elucet ; siue etiam ex instinctu diuino ( vt talia multa etiam ignorantibus hominibus Deus suggestit futurorum præscius ) quia videlicet futurū erat , vt tali die Christus Dominus cuius nomen Oriens oriretur tam nascens quam resurgens, qui est filius Patris, Princeps pacis, salutis auctor, conciliatio nostra & redemptionis pretium factus & signum reconciliationis siue Sacramentum Vnitatis sub quo eum non osculamur tantum ore, sed & sumimus ut vitæ & integritatis animæ cibum & pharmacum, futuræ & lucis gloriæque pignus, quæ aliter aliterque de Christo & Sole ex Solis nomine Belgico possunt dici.

## CAPVT QVARTVM.

### **The.**

**B**inariū dicimus **The** quasi dicas **Hec** quod est articulus significans excellētiam

**IDE**

tiam & **IDE** dolor, quod sicut ex natura-  
liter coniunctissimorum vltima diuisione  
oritur in sentiente dolor, ita hunc maxi-  
mè sentiret primò binarius si sentiret eo  
quod ille numerorum primus diuidatur  
& quidem ita vltimò vt vterius diuidēnō  
possit, quia alia non sunt diuidentia eum  
quam indiuisibilia: quare etiā omne diui-  
sum seu fractum etiamsi in mille partes à  
binario vocamus, In **the** id est in duo.

Cūm autem posituum magis sensum fe-  
riat & concipiatur quam priuatio qualem  
includebat **En**/liceat per hūc numerum  
intelligere duo esse positiva principia, quæ  
diuisibilium seu corruptibiliū stabilem, &  
velut perennem productionem æternant  
sicut Binarius retrograde lectus **Ewt** sig-  
nificat,

**Ewt**

æternat ob quam inter alias cau-  
sam dedit Deus Adamo adiutorium simi-  
le illi, nec enim bonum erat hominem esse  
vnum seu solum, sed binos. Ut verò per  
Vnitatem comparatiuè intelleximus Deū  
Patrem; ita Binarius significabit Filium,  
qui vt ille à sola est Vnitate, ita ipse à solo  
Patre procedit, in quo scilicet Filio con-

**Coloff.**

1. dita sunt vniuersa in cœlis & in terra, vi-  
sibilia & inuisibilia, quæ omnia constant  
aut physicè aut metaphysicè duobus, ma-  
teria

teria & forms , vel genere & differentia .  
 Filius etiā id quod vt indiuisum & incor-  
 ruptum maneret , & ad æternitatem crea-  
 tum erat , diuisionem tamen & corruptio-  
 nem ex peccato patiebatur , genus scilicet  
 humanum æternitati iterum & incorrup-  
 tioni restituit , relicta tamen vnicuiq; li-  
 bertate sua quæ ad minimum ad duo est ,  
 & radicem habet intellectum per quem  
 procedit Filius , quod docemur si in voce  
 hac **The** literas ita transponamus ut pri-  
 ma fiat ultima : Nam **Met** vocali longa **Met**  
 significat scientiam seu cognitionem , per  
 quam Filium procedere docēt Theologi ,  
 qui obtusum per ignorantiam humanum  
 intellectum exacuit , quod dicimus **Met**  
 adferens breuem suam facilemque legem ,  
 que dicitur **Met** vocali breui , secundūm  
 quam homo acueretur , & intelligēs fieret  
 in ijs quæ necessaria sunt , vt consequatur  
 æternitatem quod significat **Celo** id est  
 ad æternitatem veram ( quamvis etiam in  
 humanis scientia **Met** ) viam certissimam  
 ostendit assequendi nominis & famæ inter  
 mortales immortalitatem , quia doctrina  
 via est ad honorem , vnde & doctrinam  
 vocamus **Leet** / quod ducat honorem )  
 quā vt possemus assequi qui iam corrupti  
 Cramus ,

Is. 53. eramus, Filius integritatis nouæ auctor  
 pro nobis dolores nostros portauit, & fa-  
 ctus est quasi ipse dolor **¶** Et we/de quo  
 ipse ait; Intrauerunt aquæ usque ad ani-  
 mam meam, quæ stetit inter iram Dei, &  
 pœnam generis humani media; vna facta  
 cum Deo ut iræ Dei ( quæ per aquas po-  
 test intelligi, quod illam per diluvium ma-  
 nifestarit ) firmus esset terminus, non mi-  
 nus quam firmamentum quod secùdo die  
 factū est, diuisit aquas ab aquis, per quod  
 intelligunt multi hunc aerem infimum,  
 quod ille sit firmus & immutabilis térmi-  
 nus constitutus inter aquas inferiores ma-  
 ris & fluminū, & superiores quæ in media  
 aeris regione generantur. Diem hunc vo-  
 camus Lunæ, quæ dicitur à monendo  
**M**ann/ea quod per diuersas lunas & ea-  
 rum partes homines moneātur quid age-  
 re debeant, in memoriam fortè constitu-  
 ti termini aquis, quibus Luna & omnibus  
 humidis tanquam regina quædam in me-  
 dio constituta maxime manifeste domi-  
 natur: Vel fortè in honorem secudæ per-  
 sonæ, quæ, vt Luna incorruptibilium seu  
 cœlestium corporum unum est & infimū  
 supra corruptibilia tamē omnia locatum,  
 incorruptionis expers, corruptionem ta-  
 pacem

men quandam varietate sua præfert; sic ipsa secunda persona æternus & incorruptibilis Deus, incorruptibilium ratione vtentium infimam naturam assumpsit sub habitu corruptionis sine peccati corruptione: nec enim dedit sanctum suum videre corruptionem.

---

## CAPUT QUINTVM.

**De**.

**A** Ternæ vicissitudinis generationum duo positiui termini matetia & forma ut componant completam substantiam sub ijs rationibus tantum non sufficiunt, sed vnio quædam requiritur, quæ vtramque connectat, quæ eadē est cum vtraque, & ex vtraque resultat, quam significamus per Ternarium, qui dicitur

**De** communī nomine ad significandum **Dig** n̄exum, circum-actionem, & rectitudinem plerumque motus, eo quod in eo primū omnis numeri n̄atura vertatur, Paris quidem, quia includit binarium, Imparis verò, quia ipse Impar est ex funiculo triplici ipse factus, quia ex tribus unitatibus, quæ unitas quasi simplicissima filamca est, ex cuius multiplici nexu

**Ca** exurgit

exurgit omnis diueritas numerorū. Qui Ternarius eadem de causa Spiritum sanctum posset significare , qui ut Tertia est persona in Sanctissima Trinitate, ita Ternarius eius naturam conatur adumbrare, quia ipse Patre & Filio amore, qui ipse est, iunctis ab utroq; procedit diuersa tamen ab utraq; persona & æqualis utriq; sicut Ternarius ex Unitate, & binario seipso iunctis fit, & diuersus est numerus ab utroq; & æqualis utriq;. Cùm verò Spiritus sanctus dicatur esse Amor & nexus Patris & Filij qui amat se ut loquuntur Theologi idèoq; rectâ & simul utrumq; respicit; sic & hæc vox **De** traspōsitīs literis non significat modum eius procedendi , sed ipsa primaria vox eum significat, que cū denotet nexus essentiaz rationalis & personaz, non alium potes intelligere quam duorum per voluntatem ex qua Amor est. Nec tamen vox hæc proprietatis illius ex transpositione literarum sumptaz est omnino expers : Nam si prima litera fiat ultima audis **Red** / quod significat rationem seu sermonem cum ratione qui datur etiam non cogitantibus ut id loquantur quod oportet à Spiritu scilicet Sapientiaz & Intellectus sermone ditate guttura, qui suos docet

docet omnia, cuius doctrinæ seu sermoni  
quæ contraria sunt: vt generaliter omnia  
aduersantia rationi quæ à Spiritu est, ea  
obsunt, vt **Red** contraire lectum facit D. Paulus.

**Der** obsum: quia prudentia Spiritus est  
vita & pax: pax quidem, quia etiam si ut  
hominis motus ad suum finem ducat, mi-  
rabiliter vias mutet (vt & **Dic** significat  
mutationem localem circa idem tamen  
centrum) ita tamen mutat Spiritus & par-  
titur diuersitatem donorum suorum ut  
terminentur in eodem centro & fine qui est  
visio Dei, ita ut quidem videatur esse mu-  
tatio, sed, semper eundem fixumq; habeat  
terminum Cuius cōstantiam motus æter-  
nam denotat **Dic** relectum quod facit

**Erd** Terra quæ in æternum stat, & ab hac  
quiete dicta est, vt alibi fortassis videbi-  
tur, vel sanè ab ipsa terra quies. Etsi enim  
hic veniat segetes, illic fœlicius vuæ, atq;  
ideo terra alia atq; alia à se videretur esse  
& quodammodo moueri, ad eundem ta-  
men finem talis est, vt alijs atque alijs ho-  
minum necessitatibus & commodis sub-  
seruat. Prudentia verò Spiritus vita est,  
eq; quod motus amoris quo in Deū fertur  
anima clarissimum est argumentum vitæ,  
quæ vt in corporeis est à forma, & ab ex-

terno spiritu souetur & recreatur non mi-  
nus quam ab alimentis sine quibus etiam  
aliquot dies vita perdurare potest, at sine  
circumfusi aeris haustu vix ad minimum  
tempus; Sic & vita animæ est à Spiritu  
sancto, qui corpora etiam iustorum mo-  
rientium mutat in melius, eamq; largitur  
portionem quam præparauit ( **Red** )  
**Red**  
Deus diligentibus le, eos recipiēs in fidam  
stationem, quam etiam significat **Red**/  
iam emensos turbulentum huius saeculi  
mare, supra quod Spiritus Dñi fertur do-  
minans potestati maris, & motum flu-  
ctuum eius mitigās diuino suo favore, quo  
qui destituti sunt tam diu in maximis  
eterni naufragij periculis fluctuant, do-  
nec cursum idem Spiritus aspirando ite-  
rum præueniat & adiuuando prosequa-  
tur: Nam mare quod tertio die accepit  
locum suum, symbolum est huius mundi  
in cuius aquis ut potestatem suam posuit,  
& voluptatem Spiritus Draco, sic super  
eadem illi dominatur Spiritus Columba  
amicus aquis. Ille enim dormit in locis hu-  
midis, & feruescere ( vnde dictū est mare  
**See** ) facit quasi ollam profundam ma-  
ris, nec requiem inuenit in locis inaquosis  
**See.** apud. 12. sed & mittit post mulierem aquam tan-  
quam

Iob. 40.

41.

**See.**

Luc. 11.

Apoc. 12.

quam flumen ; Cœlum quidem etiam continuo mouetur, sed regulariter & ab Intelligentia ; ast mare ab inconstanti sydere. & turbulentâ ventorum vi, nunc ad ima deprimitur, nunc ad summa extollitur, nec permanentem dat in se hominibus mansionem, sed monstris informibus, quorum minima à maioribus vorantur, ipsumque voracissimum est, quod cùm omnia flumina recipiat, non tamen redundat. Mundus sanè, aut potius illi qui secundūm eius dictamen vitam degunt, non metiuntur motus animi sui secundūm rectam rationem, sed varietatem appetitum suorum, quos dum sequuntur aut subito eleuantur, aut decidunt, nec idcirco locum dant rationi, sed Ambitioni, Avariciæ, similibusque monstris, quibus similes effici deuorant Inferiores, qui ipsis obsequi non minus debent, quam illi Monstris talibus seruiunt. Vnde recte dies hic dictus est Martis, quem nos vocamus **Dinsdach**/ id est seruitij diem : Mars enim è Junone sola seu muliere Inconstantiae symbolo natus omnia contra rationem vi agit, cui obsequi

peccati seruitus est, cum seruire Deo, re-  
 gnare sit, Nec enim Mars in hac lingua  
 dicitur à quois Seruitio sed militari; vt  
 vulgò quempiam sub tali Duce seruire di-  
 cimus. Cum autem omne bellum aut iniu-  
 stie assumatur, aut ad iniustitiam puñien-  
 dain, ideoq; ab vna parte stat irrationalis  
 motus plerumq; ex superbia aut inuidia,  
 per quam mors & omnis inordinatio in-  
 travit in orbem terrarum, bene dicitur  
 dies Martis in memoriam separati maris  
 (à cuius natura fortè dictus est sic Dæmō,  
 cum & apud nos vocetur Mer / & Nartis  
 nomen nostras sit) quod ex superbia qua-  
 dam & inuidia videtur bullire indignans,  
 quod cum ex natura requirat esse imme-  
 diatè super terram, infra eius superficiem  
 depresso sit, quod indicauit primus vo-  
 cum Fabricator cum seruitij huius milita-  
 ris causam in voce hac inclusit: **D**enim  
 id est milito, si retrograde legas significat  
**M**ars inuideo, quod saltem ab vna militan-  
 tium parte verum est: quamquam & fieri  
 possit quod multi à bona causa stent, non  
 ob causæ tamen bonitatem militent sed  
 lucrum; quo circa & Mars à Thracibus,  
 qui etiam huius fuerunt linguae, dictus est  
**Gradius**, eo quod in bello iniusto occa-  
 siones

fiones plurimæ sunt ut quis citò fur fiat, in-  
Iusto multæ. Sed ne passiones turbulentæ  
inundent animum, requiritur fauor Spi-  
ritus sancti qui vnicè conuenit, deinde  
ut aggerem opponamus ex fruticum & ar-  
borum ( quæ hodie initium cœperunt )  
congerie, scilicet & corpore quidem cal-  
cemos terram & in hoc sacerculo degamus,  
sed mentem ad cœlestia erigamus : Deus  
enim Os homini sublimè dedit cælumque  
tueri, & Iustus ut palma floret, estque ut  
lignum quod fructum suum dabit in tem-  
pore sui floridus pulcherque aspectu ob  
honestatem virtæ, & frugiter ob exercitiū  
virtutum.

## CAPVT SEXTVM.

viii.

**Q**ui spectans in cœlis perpetuitatem regularis motus, & quidem circulatis, quo tam vasta corpora secum indefessè circumferunt tam ingentes tot astrorum moles, per tot maximè distantium locorum, spatia, quæ inexhaustā profundunt lucem, à qua per omnes vniuersi partes calor dispergitur, qua cuncta viuunt & roborantur, qui inquam hæc similiaq; spectas in cœlis non admiratur aut bratus

Cit

est aut non considerat, paulò fortassis melior, quàm ij qui ex talium consideratione eum tribuerunt honorem syderibus qui debebatur soli Deo : Nam licet mirabilissima sint & proximè ex diuinæ Triadis pulchritudine videantur oriri vt quaternarius Ternarium proximè sequitur, tanto tamen & quidem incomparabiliter inferiora Deo sunt, quantò artifex præstat operi suo ex cuius perfectione vt bene colligis nobilitatem artificis, sic & Cœli enarrant gloriam Dei non habent, ita vt conuenientissimè à nobis sydereum Cœlum vocetur **Hæmel** / eo quod ipsum qui per exochen ipse est manifestet, cuius stellæ tām errantes, quàm fixæ die quanto factæ sunt, quem numerum vocamus **Vix** communi nomine ad significandum ignem & ferocem. Igne autem naturæ Cœlum & stellas Platonici alijque aliqui Philosophi arbitrati sunt, sed falsò ob conuenientiam loci, coloris, effectus calidi, & consequentem motus celeritatem, ita vt ab igne dici videretur numerus in memoriam operis quarto die facti, Ignea autem natura rerum dominatrix illa videtur esse quæ significet Dei summam potentiam per quam regnat decorem induitus & for-

& fortitudine praecinctus, qua ita firmauit orbem terræ ut non commoueatur, quod decore & ordine seruato Iustitia analogicæ ubique obtinetur, quæ Iustitia, ut ignis segregat ea quæ sunt diuersi generis, & eo ipso quæ sunt eiusdem congregat, sic tribuit uniuersum quod secundum naturam suam & decus postulat habere, quod dum unumquodque habet, non est cur quid commoueatur. Sed de stabilitate hac loqui pertinet ad numen Vestæ, quod à firmitate dictum est, & ignem sacrum habet, cuius in ciuilibus officio fungitur Iustitia generalissima in qua firmamentum est & decor omnis communitatis, per quadraram strukturam virtutum quatuor, cum quadrata firmissima sint. Est enim in igne lumen quo prudentia, est actio fortissima, qua Fortitudo, est Puritas, qua Iustitia propriè dicta, est denique Leuitas qua significatur Temperantia per quam animus à voluptatibus terrenis extollitur ad altiora animi bona. Ut autem in igne maximè spectatur calor & siccitas; Sic in omni actione & præcipue publica debet mens incalescere honesti appetitu & appetitum moderaminis modiue circumscribere

scribere firma siccitate : atq; vt Caput superiorum symbolum per calorem à spiritu animali vectum extremis pedum digiti in i<sup>c</sup>tu oculi imperat, qui illico manda ta capit is ferunt, sic & in omni bene instituta communitate debent illa quæ à capite imperantur (quod & à caloris natura

**Heten.** dicimus Heten) Inferiores ferè firma sua siccitate , vt & siccum à ferendo vocatur

**Diog.** Diog voce temporis Imperfecti , eo quod onus illud continuò subditis incum bat & imperfectionis subditorum continua debeat haberi ratio à Superioribus si imperfectè mandata ferant. Duo verò clarissimè operantur stellæ, claritatem & calorem, quibus qualitatibus Deo se quasi approximant: Calore quidem ob agendi potentiam , & claritate ob lucem per quā significatur Sapientia , ex cuius diligentí consideratione rapimur in admirationem & agnitionem opificis, ex qua deinde gliscit calor amoris diuini augeturque sutfamine Spiritus sancti qui sub igneis linguis discipulos ascendit , purgavit & illuminauit. Cùm autem lux necessaria sit ad videndum & luminaria die quarto facta sint, illum Mercurio ascripsit Antiquitas qui à considerando & videndo dictus est

**Derker**

**Merker** de quo fortassis alibi, sed hic  
 sub nomine **Manidach à Man** id est  
 præmoneo. Hinc **Mādel** ambulo quod  
 est nuncij, pro quali & habitus est Mer-  
 curius, nunciorum enim ambulatione ho-  
 mines inuicem præmonitiones partiūtur,  
 quod item officium est considerantis cum  
 & stellæ factæ sint in signa monitoria  
 temporis, cuius Deus voluit nos per  
 sydera præmoneri ob eius pretium & cla-  
 bilem occasionem ideòque maximi æsti-  
 mandum esse, quod voci inclusit, Si enim  
**man** vertis, habes **Man** quod ultimum  
 minutum significat, indicans etiam mini-  
 mi temporis rationem habendam esse, &  
 minima etiam à Sapientibus considerari  
 ut vulgo dicimus **Man ende wgs** Té-  
 pus enim cum semel præterijt non reuer-  
 titur, & quamuis non sentiatur, est tamen  
 edax, quod in nomine etiam suo includit,  
**Tist.** It enim significat idem quod co-  
 medit, & calor qui in igne maximus est,  
 ideòq; & ignis vocatur **Uir** ferox quod  
 calore suo omnia consumat, cui contraria-  
 tur **Riu**/ quod significat aut largum, ig-  
 nis autem voracismus est, aut aquam : que  
 contrariatur maximè igni, cum quo aer  
 conuenit in calore & Terra in siccitate.  
Man  
del.  
Man.  
Faw.  
Riu.  
Riu.  
Ferus

**F**erus sancte ignis est per quem ultimum omnia peribunt, & quidem tunc videtur quod quarto omnia perierint: Nam primò per iit mundus pereunte fine eius Adamo terreno per peccatum idèòq; grauissimè. Secundò in diluvio non tam grauiter, tertio in æthere cum cœlestis Adam pro omnibus pédens in aere mortuus est, & ultimò in fine mundi per ignem, cùm iam omnes homines mortui erunt. Sed ut duo priora clementa grauia sunt; ita & grauis fuit interitus hominum: alia autem levia sunt, sic per interitus ultimos elevantur homines per gratiam & completam gloriam: Verumtamen nonne & in Christi Domini morte quatuor elementa videntur interiisse? Nec enim terra quæ tam variè ditatur & ornatur à Deo, nuditatem factoris sui texit; In amaritudine etiam animæ trahens aetem commendavit spiritum in manus Patris, & qui aquas fecit omnes, easque eduxit sèpiùs è petra, Sitiuit, & clamans se derelictum à Deo qui ignis consumens est, igne amoris liquefactus est.

CAP V T

## CAPV T SEPTIM V M.

**Uib.**

**Q** Vandoquidem denarius tessera est omnium corporum, seu recollectio quædam omnium quæ cōstant materia & forma, eius medietas Quinarius rectè significabit elementa, quod ex eorum mutua mixtione & actione omnia fiant ut **Uib** solus in se lectus seu mixtus efficit decem, quem nulli simplicium numerorum ne quidem bini statuunt nisi æqualiter à quinario remoti, cuius ita indivisibilis socius est binarius, vt quinarij per quinarium multiplicatione in infinitum semper affiat quinario, eo quod bis quinque constituant numerum corporei mundi tessaram, qui ex duobus physicis constat: Cùm autem facilis sit lapsus cognatarum literarum in se mutuo, equidem ab initio putem dictum suisse **Uib** vel **Hef**, quasi dicas **Uib** pecus & **Hef** elevo, vel **Uib** genitale, & **Hef** exerceo ab operc fortassis quod die quinto fecit Deus, seu creatione auium & piscium. Auium autem magna est salacitas, & piscium elementum citissime terminos accipit alienos, quod

quod vtrumq; ad generationem maximè  
conducit & multiplicationē, quæ in vtro-  
que genere insignis est, & prima eius be-  
neditio ipsis à Deo data est, cuius multi-  
plicationis internum augmētum vocamus

**Def.** Generatio autem naturalissimum  
est viuentis opus ( & quidem preßius in  
pecore, cùm anima hominis veniat aliun-  
dè ) & aliqualis finis eius ut generando  
multiplicetur, multiplicatum. diuersis  
temporibus, diuersis etiam hominibus  
seruiat delectatione, opera, carne, lana,  
pelle, fimo, & quia naturaliter ideò ne-  
cessario agit, & semper eodem modo, ut  
& **Urb** quomodocumq; legas idem sonat  
& significat; fœcunditatis autem illius per  
diuinam benedictionem primū datæ ut  
memoria seruaretur, nominatus est hic  
dies Tonantis **Tonerdach**. Nam plu-  
uiæ habent fœcunditatem, primò ex mix-  
tura materiæ pinguis quæ vna cum vapo-  
ribus è terra & mari eleuatur; deinde à  
spiritu incluso & calore per Solis radios  
imbri impresso, qui quo insignior est in  
Tonitu, eo & fœcundior est eius pluvia  
cui Iupiter propriè præsidet, Iuno verò  
illi quæ cadit sine tonitu. Talis autem  
pluvia videlicet cum tonitu, vi penetrādi  
& sub-

& subtilitate partium apriſſima eſt ad ſe-  
cunditatem, & ſemina per eam citiſimè  
macerantur & germinat ex quoru deinde  
productis viuunt animalia & crescent. In  
illa autē voce **Tonē** ultima ſyllaba uni-  
verſitatē ſignificat aut excellentiam ve-  
ſapissimè alias in ſubſtituſis, in adiectiuis  
verò cōparationem. Deinde **Ton** ſigni-  
ficit tonum, qui vehemētiſsimus eſt in to-  
nitru, à cuius ſimilitudine vocamus genus  
quoddam vafis **Ton**. Sed quid vetat dię  
hūc ſuggerēte Deo dictum eſſe Tonantis,  
quod ſimili die grauifſima ira deſeuire in-  
ciperet à Tonāte in Tonāte cuius aquę in-  
trarēt vſq; ad animā eius & tēpeſtas deſer Ps. 68.  
geret eū, ita tamē vt pifcē, qui ex aqua libi  
vitā haurit, & comedētem prolōgar, vt &  
**Christus Dñs** ex aqua miferiarū, vitā glo-  
riæ ſibi & nobis eum māducātibus acqui-  
ſuit: niſi enim māducauerimus carnē eius,  
nō habebimus vitā in nobis, quę caro ſicut  
virtute ſupernaturali Spiritus S. organiza-  
ta eſt mox vt Virgo protulit quinq; ver-  
ba, *Fiat mihi ſecūdum verbū tuum;* ita eadem  
fit nobis in animæ cibū per quinq; verba.  
Die etiā Iouis quo prima benedictio data  
eſt, iſtituit Dominus calicem benedictio-  
nis, à cuius viui ſructu multiplicati fideles

D

in ne-

Col. 31.  
37.

**Wiss.**

in negotijs hulus mundi, vt pisces muti sunt, & mente vt aues in cælestibus versantur, ad quæ simili die auium Rex ascēdit bibiturus in regno patris vinū nouum, scilicet lætitiaz qua cor mœrore contractū dilatatur: Vinum autem lætitia facit cor hominis, vnde à nobis dicitur **Wiss** quasi dicas **Wiss** dilato & **Ing** arctum vinum in iucunditatē creatum est & non in ebrietatem ab initio, exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum. Ut verò vinū quod videtur diuinum, sic non vnam habet rationem sive etymologiaz. Et quidem calore suo mentem bibētis quasi diuinam facit, ideoq; dictum à **Wiss** & **En** / simile Vni, quod Deus est, qui infinitè distat à rebus creatis, quæ cùm ipsi sacrantur ( sacrare autem dicimus **Wiss** dissyllabum ) quodammodo diuinæ fūnt & longissimè à seipsis elongantur, ita vt ad seiphas seu priorem sui usum profanum redire omnino non possint sine sacrilegio, quod vt cætera peccata omnia, ratione impossibile censetur, atq; ideo novæ quodammodo fūnt quod significat **Wiss** retrograde lectum **Wiss** nouum. **Wiss** autem dissyllabū significat dilatare & satrare, deinde etiam runcare, quod in corpore facit vinum

vinum moderatè sumptum, illud videlicet  
 ab humoribus malis, pituita bile & simili-  
 bus purgans. R̄es verò quæ Deo sacrantur  
 ideoq; à seip̄is dilatantur, aut purissima  
 debent esse, aut eo ipso puræ fiunt. Ut enim  
 quid acceptabile sit omnis macula nō erit in eo. *Lemis. ss.*  
 Ut autem generolus animus imbellem nō  
 aggreditur; sed spernit etiam lacesitus:  
 sic & vinum immoderatè potatū occupat  
 synciput & corporis partes anteriores,  
 vnde ex illo etiam antrotsum cadunt, &  
 dormiunt, cùm contrarium videatur ac-  
 cidere in illis qui ex ignobiliori potu gen-  
 tibus Septentrionis communissimo ebrij  
 sunt, quæ vocamus *Bier* / vel quod po- *Bier*  
 tum damus cum fauore siue honoris gra-  
 tia, vel quod honestatis in potatione ob-  
 liuisci non debemus, cuius intemperantia  
 facilē honesti obliuionē inducit, vel quod  
 potus pr̄emptiores faciat ad offerendum &  
 pr̄ebendum, vel etiam audacieores ad ar-  
 duum quid sibi alijsve imperandum, vel  
 deniq; quod intemperantia eius faciat ex  
 hominibus porcos mares seu libidinosos,  
 aut etiam saeuos & clamulosos vt Vrlos, que  
 omnia quatuor illis literis optimè poslunt  
 significari. Nam *Bier* disyllabum signi-  
 ficat illum qui offert, aut impetrat;

monosyllabum auté aut porcum marem  
aut vtsum : At si diuidas in primitua sua,  
**B**i significat cum vel apud, & **C**r hono-  
rem seu honestatem. In qua vocula om-  
nis honoris fundamētum, & honore digni  
officium, & eius etiam qui honorare debet  
indicatur. **C**r enim significat prioritē,  
& hinc honorem. At quia omnes hominū  
causæ materialis videlicet formalis, effi-  
ciens & finalis æqualitatem omnimeodam  
inter eos volunt esse & nullam prioritē,  
ut hanc statuas non facit natura quæ æqua-  
lis est omnibus, sed ratio quæ videt quid  
potius in uno quod in alio non est, ideoq;  
deberi honorare quod peculiariter à Deo  
habet præter alterum. Est ergò superio-  
ritatis fundamentum Ratio, quam habes  
**R**e legas. **R**e enim significat ratio-  
nem ( hinc dicimus **R**atiōnes, **R**atiō  
**I**lych rationi simile. ) Si ratio est funda-  
mentum auctoritatis, & utraq; ita innexa  
sibi mutuo ut à se diuelli non possint, vt  
duæ illæ literæ alium situm habere non  
possint quin significet rationem & hono-  
rem ; non debet ergò facti tui seu volun-  
tatis primaria ratio esse Auctoritas seu  
potentia, sed recta Ratio, quam si sequen-  
tis, iam illi à quibus te oportet honorari,  
debent

debent ad mandata tua parati esse (significat autem **Rē** paratum) qui enim potestati resistunt Dco resistunt: Quamquam & huic voculæ etiam aliud inclusum sit, videlicet quod honore inuicem præuenire debeamus, quasi dicas **Erre** prius pa- Rem. 12.  
 ratus. Sed dices rectam rationem non ab omnibus etiam doctis, etiam inquirentibus non semper inueniri. Fateor; Sed si inquire volentes abigant cæcum suum ducem, Amorem sui & commodi sui particularis, eam inuenient, si inquam, honorum quem tibi vis à subditis fieri (honor autem non est tam in gestu corporis quam præstandis operibus) prior paratus sis dare vni eorum aut omnibus, si eorum unus es, à quibus tibi vis dari, aut num paratus es illa præstare si tibi cum simili ratione imperarentur à Superiore tuo. Quæ si attente fierent, nunquam inter Superiores & subditos sonaret **Erre**/ nec aueritate irritaréatur subditi, nec inobedientia Superiores. Hec enim potissima causa taliū dissidiorū est quod utriq; velint haberi **Cx** honore, illi quidē sine **Rē** seu ratione, hi sine **Rē** seu prōptitudine obsequij. Est itaq; prioritati dādus honos, sed & est auctoritatis imperare cum ratione

*non cum auſteritate & potentia, à qua Græci*

**B. 34.** *Magistratus suos seu Reges nominarunt Dynastas, ineptius quam Latinū qui à regendo, vel potius ab officio eius qui rex est, vniuersum vocarunt **Be** rectum regimen: Nec enim regentis cuiusvis tam est potētia quam Ratio, nec tam deferendus diuitijs honor quam rationi, quamvis quandoque in precio precum sit & donet censūs honores ut ait Quidius, ita ut id quod inferius est dignitate & ordine, quia ex inferioribus terræ est, hominem aliquando sine prudentia ad altitudinem dignitatū euehat. Inferius enim vocamus **Cleg** quod retrograde lectum **Gelt** idem significat quod Valet & pecunia, quæ ex vilceribus terræ cruta, & Inferorum Deo attributa, quæ non tantum mensurat rerum vendibilium valorem, sed & eum saepius statuit ad honorum & dignitatum seriem quam vocamus **Glet** / quæ vox ex hisdem fit literis ex quibus cōponitur vox **Gelt** & **Cleg**. Vbi notandum est, quod ex quatuor illis literis **Gelt** seu pecunia sicut octo voces significatiæ in hac lingua, non minus quam octonarius seu æstimatione fieri debet seu ex quaternario seu decoro Iustitia quæ in venditione & emptione*

tione generalissimè exercetur per pecu-  
 niā , quæ optima est, quæ flua **Egel.** **Egel**  
 Aurum enim super cætera metalla eit eo  
 quod neq; ærugo , neq; rubigo vlla, neq;  
 aliud ex ipso cōsumat bonitatem eius, aut  
 pondus minuat,& ipsum constans est con-  
 tra domitores rerum aceti & salis succos,  
 quocirca & illud Imè seponitur **Legt/**  
 & consilium auari est qui animam suam  
 vñalem habet **Legt/** Mentire ut id a-  
 quiras. Quod vitium quam sit pecuniarū  
 amatoribus familiare vulgus nouit, quē-  
 admodum etiam illud emptionis vocabu-  
 lo quæ sine venditione non fit, intexuit  
 primus linguæ Fabricator: Nam si dicas  
 Emo **Gel/** venditor vicissim merces suas  
 plus nimio laudans necessariò opere res-  
 pondebit, **Leg.** Mentior , decipiensquę  
 ipse emptorem à fallacibus diluitijs bis de-  
 cipitur ; Semel quod virtutem animamq;  
 viliorem habet quam pecuniam,& iterum  
 quod felicitatem quærat & quietem in  
 spinis , quibus Veritas comparauit opes.  
 Verè enim *echinata* sunt **Eglt/** / nec mi-  
 nus quam Echinus aut Herinacius spino-  
 sę , curis angentes animum habentis & a-  
 mantis eas ut augeat seruetque: Sciuntur  
 enim veloces esse , & eo citius abire quo

velocius aduenire, & quasi indomita  
apud neminem manent certò, ne quidem  
tunc cum vigilantissimè coercentur non  
minus quam **Elgt** seu **Bison** Tauri ge-  
nus Schyticum maximè velox est nec un-  
quam domatur. Spinæ etiam sunt eo quod  
inuidiam aliorum excitant & irritat quod  
dicimus **Telg**: plurimæ enim lites prop-  
ter opes sunt, & iniquus propter rotundas  
& volubiles opes in talibus opibus Ius suū  
& seipsum includit ut **Echinus** spinis suis  
escam abripit, & illis se contra omnes insi-  
dias inuoluit immotus, non astu se vel so-  
lerte aliqua vi defendens, sed inuolucro  
spinoso & rotudo. Ab hoc animali mutata  
media in tenuem dictum est **Deke** instru-  
mentum quo linum in tenuissimas fibras  
diuellitur & à stupa purgatur, ita ut hæc  
pectini adhæreat, illud purum træscat, illa  
futura aut fomes ignis explodendis tor-  
mentis, aut monile non baccatum furis,  
aut certè in aliud vitem usum; hoc vero  
non solum proximum delicatae carnis te-  
gumentum à rudiori lana illam defendet,  
sed & ornamentum in plurimis etiam di-  
uinis. Huic autem instrumento similes sunt  
diuitiaz non solum propter spinas seu sty-  
los terreos, sed etiam eo quod diuitiarum  
amatore

amatōr non potest fieri filum quod trans-  
ferat per foramen acus qua Deus sibi facit *Matb. 15.*  
vestem gloriæ ab intus in fimbrijs aureis  
circumamicetæ varietate, eo quod talis per *Psal. 44.*  
diuitias non transit peregrinus ut Linum,  
sed hæret ut Stupa, idèòq; stupea ueste in-  
dutus, projiciendus est in tenebras exte-  
riores & futurus pabulum ignis & torto-  
rum exercitium. Sed hæc fortassis conue-  
nientius spectabant ad diem in quo supre-  
mus Adamo honor datus est.

## CAPVT OCTAVVM.

**Ses.**

**A**nterior numerus elementa expres-  
serat tāquam materiam ex qua mil-  
centur corpora, quorum perfectiones  
quatuor sunt, prima est corporum sine  
vlla anima, secunda vjuentium anima  
vegetatiua, deinde sensitiua, & quartò  
rationali, quarum perfectione primam  
ordine sed vltimam dignitate refert Se-  
narius, qui vt quaternarius stabilitatis  
& incorruptionis signum est, sic ille mu-  
tationis, quæ prima est simplicium cor-  
porum in se mutuo sine vlo vita princi-  
pio vt **Ses** per simplicem cōuerzionem **Ses**

Ds

semper

semper idem sonat quod Marinum, ideoque varium etiam translata voce ad hominem Luna quarta natum, cum & mare à radijs & vi Lunæ senis horis fluat refluxatque, & Veneris sydus quo hic dies nominatur crescat & decrescat. Hic numerus quo venustas significatur solus intra pri-

1 | 2 | 3 | 1 | **mum denariū perfectus est ( eo quod par-**  
- | - | 2 | 2 | **tibus suis æqualis sit, nam separare vnum,**  
6 | 3 | 3 | 3 | **ter binarius, bis ternarius eundem nume-**  
- | 6 | 6 | 6 | **rum constituunt, & iterū eundem Vnitas,**  
| & duo & tria simul iuncta ) vt & venustas  
quæ. venustissima & perfectissima est in  
virtute intra hunc mūdum, quæ significat  
denarius, & proxima sextenario quietis  
signo in qua *sabbatum erit ex sabbabo* seu  
continua quies post dormitionem corpo-  
ris. Et quidem intra denarium vnicus  
tantum, inuenitur perfectus in argumen-  
tum, hominis perfectionem aut ultimum  
finem in hac vita consistere in moribus, in  
futura secundūm mores, quos in omni ge-  
nere officiorū decet esse decoros ut **Set**  
quaquaversum significat id quod decori  
est. **Set** enim bonos mores significat, &  
grauem quandam pulchramq; cum deco-  
ro in omnibus modestiam seu posituram.  
**Dicimus enim Set pro pono quod &**  
**pronun-**

pronunciavit viuentiam mater Eua à na-  
 tiuitate **H**ec posuit, inquiens, Deus aliud  
 semen pro Abel **D**eg ergò si serues deri-  
 vationis modum esset genitiuus à **H**e / eo  
 quod sexto die homo propter quem om-  
 nis reliqua pulchritudo & decentia facta  
 est, & quia omnes corporearū pulchritu-  
 dinum gradus cōtinet, creatus est ad ima-  
 ginem Venustatis summę die Veneris im-  
 preſſæ (quæ **G**yptach' dicimus à **G**es  
 quod est liberum & libero, & procor )  
 quam libertate arbitrij postquam detur-  
 pauerat primus homo, Secūda in Deitate  
 persona naturam humanā nigrā quidem  
 sed formosam procatus sibi iunxit in Vir-  
 gine cum Sacramento inuiolabili in Chri-  
 sto & Ecclesia die sexto, & sexta etate  
 mundi , & iterū die sexto seruam Dia-  
 boli libertati restituit, cùm priùs docuiſ-  
 set morum & virtutum pulchritudinem,  
 vt post huius vite senarium ad rerum om-  
 nium fatorem & pulchritudinis fusorem  
 posset peruenire. Senario enim hæc vita  
 significatur in qua oportet operari vt  
 Deus operatus est, vt ad septenariū quie-  
 tis veniamus. Nec enim qui creauit nos si-  
 ne nobis ad similitudinem pulchritudinis  
 suæ, complebit, reparabit similitudinem  
 suam

suam in nobis sine nobis , sed vult vt re-  
 cordatio damnationis & eius causæ timo-  
 rem excitet ne peccando iterum subijcia-  
 mur pœnae ; & memoria liberationis an-  
 norum excitet eius qui ex amore pure li-  
 berauit : Nam misericordia præcessit fa-  
 ciem eius : ac iustitia & iudicium præpa-  
 ratio sedis eius , in qua vt per bonos mores  
 sedeamus ( Sedere significat **Habere** ) facti  
 sumus , illud videlicet Iudicium quo nos  
 nostra opera examinamus iudicamus & in  
 nobis punimus . Huius rei typum videtur  
 mihi Deus dedit esse in nominibus Sem &  
 trium filiorum eius & in eorum potius  
 quod ex Sem oriturus esset speciosus for-  
 ma præ filijs hominum qui doceret misé-  
 ricordiam & Iudicium . Sem enim dictus est  
 quasi dicas Se Sem decori domus eo quod  
 in eius posteritate seu domo seruandum  
 esset decorum figuratè apud Hebræos , &  
 etiam reuera , eo quod Christus Dominus  
 ex eius domo seu familia oriturus , resti-  
 tuere decorum ablatis ijs quæ decoro ad-  
 uersabantur per misericordiæ scilicet dul-  
 cedinem & Iudicij aciem tanquam gladij  
 ab utraque parte acuti ex ore eius proce-  
 dentis : de fortis enim sed occiso egressa est  
 dulcedo , quod utrumque significat Sem :  
Idem

Idem enim est quod mel seu melle illino,  
 & versum lectum **M**eg cultrum signifi. **M**es-  
 cat aut gladium , non quod decorum sit  
 gerere cultrum melle illitum seu perni-  
 ciosè adulari, sed quod dulcia non meruit,  
 qui non gustauit amara. Huic tres fuerūt  
 inter alios filij **Æ**lam, **A**ssur & **A**rphaxat.  
**Æ**lam equiualeat significatiōni Lamech  
 qui p̄simus bigamiam introduxit, ideoq;  
 amorem coniugalem diuisit in duas & sic  
 mācum fecit in singulis. **L**am enim man-  
 cum & **E** seu **Ech** coniugium significat. **L**am  
 Vbi per trāfennam nota vnam naturalem  
 causam inclinationis ad salacitatē notari in  
**L**am claudi enim salaces sunt , quos sig-  
 nificat **W**al. Itaq; Elam refricat nomine  
 suo causam iræ diuinæ quæ fuit vna ex  
 præcipuis promiscua & corruptrix libido  
 vt colligis ex cap. 6. Genesios, quæ com-  
 trariatur vnitati matrimonij cum qua ab  
 initio institutum est, Siue etiam denotat  
 peccatum primum, quod illud fuērit trāf-  
 gressio pacti seu verbi Dei ( quod semper  
 Iuramentum est ) & claudicatio quædam  
 voluntatis à Deo ad mulierem. Alter vo-  
 cabatur Assur q.d. esca acida **S**ur **b**rod:  
 post peccatum enim Adamus audiuic  
 quod

quod in sudore vultus sui comesturus es-  
set panem suum, & sic nomine suo deno-  
rat peccati ærumnas. Tertius vocabatur  
**Arphaxat** in qua voce si mutes aspiratam  
in Tenuem, & duplice in æquivalentes  
habes Arpaklat quod idem quod idem est  
ac si dicas Iræ oneris semen, eo quod ex  
**Arphaxat** semine nasciturus esset qui onus  
iræ portaret, eo quod ex ipso hebræa ges  
descenderet, & ex illa Christus Dñs carné  
sumpli in qua dolores nostros ipse por-  
tauit & peccata multorū tulit, & Dei irati,

Iſ. 53.

**Gram** quē dicimus **Gram**/acerbitatem dulce-  
dinis suæ seu benignitatis pinguedine &  
**Marg** medulla quam dicimus **Marg**/edulca-  
uit. **Pak** enim significat onus & quidem  
serum arctè & coniunctissimè compacta-  
rum, quale verè fuit onus peccatorū om-  
nium vni Christo impositum, cuius con-  
trarium significat **Kap** id est minutissimè  
concido, **Sat** Semen & **Ak** Iram. Dici-  
mus enim **Verart** de eo qui vehemēter  
iratus est, **Ar** līt pro animo irato. Vi-  
detur autem **Ar** significare in genere om-  
ne impedimentum seu remoram : hinc ab  
antiquis Gallis dictus **Arai** fluvius quasi  
bistardus, quia tam leuis fluit ut in quam  
partem fluat vix videas. cuius contrarium

**Pak****Kap****Ar**

significat

significat. **Ra.** Cito. Huic Rotam vocamus **Rat** quod figura circularis sit aptissima ad motum artificialem. Est ergo dicta ira **At** à retardatione eius scilicet quod contrariè lectum significat, seu Consilij **Ra**/vnde & dicimus **Ra** diuino seu mecum ipse consulto. Recta enim consilia maximè per Iræ præcipitantiam impediuntur: nec enim ira est sine præcipitantia sati, nec sine Impedimento consilij seu Rationis. Ab hoc impedimento motus **Ra** perpetuo dicta est Terra **Ard** / vbi D. fungitur officio finalis, quod cōmunissimum est literarum D. vel. T. licet pro varietate dialecti alpha efferatur per epsilon. Huius ergo promissi seminis desiderium potuit excitasse hunc Arphaxat ut filium suum vocaret **Sale**, quasi seminis ductionem seu propagationem, quod ipsum tamen possidendi & honorandi prærogativa futura esset in **Heber** (quod utrumq; hæc vox **Heber** significat) cuius tempore facta est diuisio linguarum, vt mirum non videatur me hæc nomina secundum hanc nostram linguam explicare, sed & facilius hinc sibi quisquam persuadere possit eo verisimiliora esse quæ initio de hac lingua dixi, quamquam & in alia lingua suas habeant

beant significationes conuenientes, sed in  
 qua significantiores, alij Iudicent. Sed in-  
 uenustè fecerim si nomen illius non expli-  
 caro qui venustatem omnium corporum  
 continet, & propter quæ illa facta sunt, &  
 qui ad similitudinem diuinæ venustatis  
 factus ut eam possideret ut finē, qui gloria  
 & honore coronatus, vt Rex, constitutus  
 est, vt Dominus super opera manuū Dei:  
 nec enim cogitādus est artifex dormitasse  
 in eius nomine fabricando qui ubiq, fuit  
 vigilantissimus. Sed prius aliqua de eius  
 nomine dicā qui omnis omnino pulchri-  
 tudinis origo est: Moysi interroganti no-  
 men Dei respōsum est à Deo ; Qui est mi-  
 sit me ad vos , ita vt *Qui est* videatur esse  
 nomen Dei. Cùm verò excellentia naturæ  
 sit non vis potentiaq; quæ in brutis maior  
 est quam homine, sed Ratio, quo hæc fue-  
 rit maior eo dignior erit natura , atq; di-  
 uina est dignissima , erit ergò illius sum-  
 ma ratio sapiētiaque , à qua ideo potius  
 quam à potentia possit denominari dici-  
 que Deus **Mys** Sapiens ita tamen ut &  
 connotetur eius potentia , à qua vt magis  
 apparente sumptum nomen **God** in usu  
 est. **Mys** enim idem est quod **Di** **Ils** id  
 est, *Qui est* videlicet per excellētiā solus  
 à nullo

*Exod. 3.*

*Mys*

à nullo, & à quo solo sunt sapiēter omnia  
quæ sunt. Analogicè itaq; à Dei Sapientia  
vocatur quis sapiens **DIS** id est **DI JS**  
similis illi qui est & à quo omnis sapientia  
est, cuius qualitates à B. Iacobo enumera-  
tas, hæc vocula **DIS** variata quantitate  
vocalis docet. Ait autem; *Quæ de sursum est  
sapiētia*, ecce similitudo diuinæ, primū qui-  
dem pudica est. **DIS** quod est obſlergo seu  
fordes deleo. *deinde pacifica.* **DIS** vimen  
quo duo arctissimè cōnectuntur. *Modesta.*  
**Mys.** Modestum. **Wyselick** siē.  
*suadibilis.* **DIS makē.** *Bonis cōſentiens.*  
**DIS** viam ostendo illis scilicet qui bonæ  
voluntatis sunt per eam ambulandi. *Plena  
misericordia & fructibus boni.* **DIS** dirigo  
vel doceo ignorātes nempe, quod est mi-  
sericordiæ. *Judicans* **DIS** iudico, *sine simu-  
latione.* **DIS** certum verumq;; Cōmuni-  
ter autem Deum Trinū vocamus nomi-  
ne trittero **Hot**/ cuius prima litera G.  
quæ in vocibus initialis s̄epe tantū est,  
& nota augmenti & perfectionis, respon-  
deret primæ personæ, ex qua & in qua  
omne augmentum & perfectio potentiaq;  
est, quia ex ipsa est generatio Dei, per quæ  
omnia perfectè facta sunt. Secunda autem

litera ad figuram capacissimam circuli vna-  
 diq; sibi iuncti facta ( consideratur autem  
 secundum literas potius figura seu similitudo  
 quam aliarum, eo quod Christus figura est  
 substantia Patris, & homo, qui ad simili-  
 tudinem Dei factus est ) & vocalis est, me-  
 dia inter duas consonantes, optantis, vo-  
 cantis, & dolentis ad uerbium responderet  
 Filio ab eterno genito, in quo condita sunt  
 vniuersa, qui utraq; fecit unum, qui ver-  
 bum est & vocalis sapientia Patris, qui voce  
 sua Deum diuinamq; sapientiam & veri-  
 tatem ita reuelauit hominibus, ut licet so-  
 lus Filius insonaret auribus, consonarent  
 tamen & Pater & Spiritus per Filium, ut  
 G. & T. in voce **God** consonant & au-  
 diuntur sed non nisi per O. que ut media  
 est inter illas, sic & Filius media est perso-  
 na in SS. Trinitate, & mediator Dei ho-  
 minumq; pro quo liberando doluit, quem  
 & homo dolens optauit, vocauitq; Ad sis  
 o placidusq; veni: Nam antequam veniret  
 timebatur & vigebat Dei potentia & vin-  
 dicta quam veniens sustulit, & vitari do-  
 cuit, & postquam iterum abiuisset misit  
 Spiritum sanctum Tertiam in SS. Trini-  
 tate personam, Amorem Patris & Filij qui  
 duceret hominem eo ubi manendum est,  
 id est

**i**d est ad finem ultimum, cui idem respondet literatertia & ultima, quæ sèpè finalis tantum est & per quam respondeatur ad quæstionem Vbi? & quæ alioqui denotat idem quod apud Latinos Ad vel Apud, cuius utriusq; significatio optimè cōuenit. Amori: Illius enim, Ad, proprius usus est cum motus aliquo significatur; Apud verò, loci personæq; familiarem cōiunctionem significat. Vox autem **Grot** significat **Grot**

Fundebat temporis imperfecti, non quod imperfecta sint quæ fudit Deus, sed quod fusionē suam non absoluit, eo quod omni tempore fundat, nec unquam fundere defistet. Hinc **Grot** effusim, **Grot** canalis, per quem ex altioribus descendunt aquæ, aliaq; latius sui diffusius. Rectè itaq; dictus est Deus **Grot** / qui fabricatus est cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt, qui inspiratus homini formam, eius corpus priùs formauit è terra, vt illi qui ad certā figuram fundunt metalla, priùs formant ex terra typum, & ita quidem vt ectyporum interior facies repræsentet exteriorē typi similitudinem, vt & Deus sui similitudinē interiori hominis sive animæ præcipue impressit. Rectè inquam, Deus à fundendo dictus est, in quo Ideæ sunt sive

Iob. 37.

E 2. exēma

exemplaria rerum omnium, qui nobilissimis corporum vim dedit seminalem quę licet simplicissimā sit, diuersissima tamen occultissimè operatur, cuius feminis fusione illa corpora formantur, qui deniq; asfatim de Spiritu suo effudit super omnem carnem, & in omnes res creatas bonitatem qui solus bonus est, à cuius bonitate participata bonum dicitur **God**/ quod etiā ex natura sua diffusuunt est & sui communicatum. Deus autem vocatur **God** vocali breui, at bona creata **God** vocali longa vt moneamur primò citòq; quæredum esse Deum, posterius verò temporanea; Brevia enim priora sunt longis. Quod & docemur in nomine **Ming**/cuius partes præcipuae sunt duæ, Corpus scilicet & anima. Illud vocamus **Licham** / à **Lik** & **Am**. **Lik** idem est quod apud Latinos Funus, quod pro exequijs, cadasere & sepulchro sumitur, dictumque est quasi **Ly** passionis, & **Ih** mensura communis exactissimè constituta à qua dixerūt veteres ex Orphei Thracis disciplina Hecaten, quæ annos & tempus vitæ definite mensuraret, vnde apud Ouidium lib. 7. Metam. Fab. 2. sic legimus; *Ergo ego cuiquam posse tua videat spatium trascibere vita? Non sinat hoc*

*hoc Hecate.* Ut autem omnes æqualiter intramus in patientie theatrum, sic & æqualiter (**Lyc**) constitutum est omnibus omnino semel mori seu funus **Lyc** esse, quod corporis est, cum immortalitas sit animæ, cuius veluti sepulchrum (**Grab**) est corpus mortale quod anima occultat, seruatq; (**Barg**) quia nō permittit animam se tantum exercere quantum sola posset, & eam seruat si corpori non obsequitur, & resistit legi illi quæ repugnat legi mentis, & captiuat animam in lege peccati, quæ est in membris, quæ ideo veluti carcer sunt, à quo liberari se optabat Apostolus, eo quod mortale corpus auer-  
Rom. 7.  
tat ab anima amorem eius quod solum amari dignum est, & ab anima etiam illud amante, auerterat fruitionem eius quod debet esse carissimum ideoque proximum. Vnde ex prisco Latio retinuerunt sibi Itali Carcer sine pura apud ipsos vocis origine, quam habet in hac lingua. Carcer enim siue **Barker** / idem valet quod Carum **Bar**, auerto. **Barren** enim significat quous **ker** modo officiari, **Car** amicam, quam vt vocant ab amore quo duo sibi intimè iunguntur, sic **Car** retrograde lectum signi-  
ficit **Bar** seu tactum scilicet per excellen-

**Rer**  
**Rer**  
**Iois 20.**

**Mer**

tiam. **Hec** autem significat áuerto, cuius contrarium **He** est porrigo. Porrigere autem sui tactum vult Deus homini postquam ascenderit cum Deo ad Patrem, non quamdiu est in carcere carnis, quam vocamus **Gleg**/quæ postquam mutata fuerit, eadem tamen manens ( ut vox **Gleg** immutata significat Idem **Selui**) & induxit immortalitatem, non carcer erit, sed domus animæ immortalis. Vna ergò compositi pars est **Lph**/ altera **Am**/ quæ vox apud Gallos ( illorum autem lingua antiqua fuit eadem cum nostra, sed à sermone Romano corrupta est ) significat animam, & etiam apud nos quidem haecenus pro halitu usurpatur vnde & animū ira percitum vocamus **Glam** quasi **ma** præceps & **Am** animā ut vocamus magistrū & obſtetricem; & illē quidē est vita & motus principium in repub. illa verò ad vitæ auram capessendam non mediocris adiutrix. Cuius utriusque officio in microcosmo fungitur Spiritus ratione gubernans corpus, & bona quæ in homine seminauit Deus, potentia sua & facultate educens : Nunc verò animam vocamus **Sel**/ voce communi ad significandum funem, velum vel velifico. Si enim recte mundus

mundus hic significatur per mare, non  
 malè illi qui in mundo, non tamen ex mun-  
 do sunt, homines scilicet, naues erunt, quæ  
 vt rectum teneant cursum ad optatum por-  
 tum facit ventus & industria nautæ, siue  
 fauor diuinus & labor animæ: non quod  
 anima in corpore sit non velut eius forma  
 sed vt nauta in naui, vt Plato in Alcibiade,  
 Themystius & alij veterum malè docue-  
 runt, sed quod ex animæ recta ratione in-  
 ter saeculi tempestates, quibus alioqui au-  
 ferretur corporis appetitus & cum ipso  
 anima, nitendum sit & vita dirigenda,  
 quod inquam, Spiritui bono pädenda sint  
 vela, contrario deducenda aut dextrè ob-  
 liquanda, quæ vt alia multa in nauigatio-  
 ne sine funibus non fiunt, neque corporis  
 nauis sine fune rationis rectum cursum te-  
 nere potest, neq; ipsa, neq; quæ ipsa ve-  
 hūtur ad fidam stationem peruenire pos-  
 sent. Homo itaque dicitur **M**īnus q. d. **M**īnus  
**M**īnus amor & **E**nīs Vnius & Finis qui  
 verè Vn' est. In qua voce docemur primò  
 quod sicut **E**nīs Vnius latet, & absorbe-  
 tur à **M**īn siue Amore; ita & Vnū Finis  
 seu Deus debet esse vnicū subiectus amo-  
 ris humani seu rationalis, quod solum po-  
 test adæquare & implere illum ut **M**īn.

**E**n se mutuò adæquant & implent.  
 Deinde quod quemadmodū litera Sigma  
 excrit le extra vocē qua significatur Amor  
 & nota est casus genitiui vocis illius quæ  
 sub **M**in latet seu Amore, ita Amor qui-  
 dem seu appetitus hominis exserit se ra-  
 tione corporis sui ad illa quæ à principali  
 & plenè satiantे amando producta sunt,  
 vt S. genitiui nota est in voce **E**n quod est  
 Vnum & Finis, nec nisi per accidens acce-  
 dit voci **M**in includenti in se vnum &  
 finem; ita appetere quidein potest homo  
 alia à Deo facta prēter Deum vt tamen ad  
 possidendum vnum & Finem ordinetur,  
 & adiecta sint amori humano, non subie-  
 cta. Et sic quidem vult primus Institutor:  
 Sed vt multa recte instituta, quaquauer-  
 sim torquentur à subtilioribus vt sibi vi-  
 dentur tanquam sapientissimæ antiquita-  
 tis censoribus, sic & in hac voce contigit;  
 quam ex monosyllaba (ex qualibus ferè  
 hæc lingua eonstat) fecit nouitas dissylla-  
 bam, ita tamen se inferente diuina prouid-  
 entia, sine que nequidem capillus capit is  
 perit, vt significatum vocis nouæ, quadret  
 optimè cum nouis hominum moribus qui  
 à prima Innocentia descierūt, in qua hæc  
**M**in  
**che**  
**M**in  
**che**

**Che** efferetur, quasi dicas, Amorem diuido,  
 quem qui dividit, aut discordiam facit in-  
 ter duos, aut amorem suum qui deberet  
 esse Vnius distrahit in duo; quod vtrumq;  
 quam benè conueniat hominibus post cor-  
 ruptam naturam clarissimum est, cum illi  
 per peccatum Innocentiae suæ furem con-  
 stituti sint inimici Deo, & inter se Inui-  
 dia, lite, cæde, bello quotidie decertent,  
 & Amor eorum tam minutim diuidatur,  
 vt Vnum & Finis vix quicquam habeant,  
 & tam largus sit & multiplex vt ad omnia  
 se moueat & accommodet vt communis  
 quædam vagina seu theca. (**Schœ**) quasi  
 Amoris in genere theca, qui deberet esse  
 vnius, vel accidetariè plurium ad Vnum.  
 Ita vt homo cæcitate & impotentia animi  
 omnibus amore seruiat, quem oportebat  
 eorum esse Regem & Dominum, quorum  
 illum vocamus **Coning**/hunc **Her** aut  
**Mester**. **De her** alibi satis: nihil enim  
 aliud vult quam, hic vel huic honorem  
 deberi. Illum autem cuius præminentia  
 est potestatis in imperando, aut peritiæ in  
 suo genere vocamus **Mester**/quasi di-  
 cas summus vel maximus honor. Ut enim ex-  
 excubias dicemus de excubitoribus, &  
 magistratum de gerente magistratum, sic  
 eum

cum vocamus maximum honorem, cui talis in suo genere debetur. Cuius vocis contrariè lectæ significatum est idem quod **Betæsem** loquitur mel fauus enim distillans labia sapiëtis, & doctrinæ fructus sunt suauissimi. Ut autem verissimū est quod habetur, Dan. 12. quod illi qui ad Iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ, non sine ratione dixero **Mester** dici quasi constellam. Stellam enim vocamus **Hæter**/concise à **Staer** vel in cōposito **Bestaer**/ quo is significatur qui quempiam statui certo applicat. Cùm autem hominem astra inclinent, & inclinationes malas disciplina Magistri & Superioris potestas corrigat, idèo fungitur officio alterius stellæ, is scilicet qui rectè officio fungitur: Alioqui quandoque fit quod ille qui Magister vocatur, parum sollicitus de etymologia epitheti sui ita agit, ut tamen & vere, & si non verus possit dici **Mester**/sive idèo quod licet minimum operæ adferat & plurimum præcepti maximè tener sit, vel plurimū sumptus faciat edendo bibendoq; vel etiam cōmodi sui & vtilitatis potiorero, habens cum pinguescat prius, cùm è contra & publica potiora sint priuatis, & inferiorum commoda

commoda pendere debeant ex superiore,  
 non huius ex ipsis, quod inter alia etiam  
 indicatur in nomine Regis **Coning**/  
 cuius ultima syllaba significat cardinem  
 (**hing/gehing**) quod videlicet res sub-  
 ditorum ex rege pendere debent non ut  
 vngue, sed cardine, quod sit si multarum  
 rerum scientia ad regendum & potentia,  
 & magnanimitate ad defendendum præ-  
 ditus sit, quæ tria priore syllaba indican-  
 tur. **Con** enim significat scientiam sive **Con**  
 notitiam, & potentiam & magnanimum.  
 Hinc **Con doon**/certiorem facere **Co-**  
**Nen** scire, & posse, ab Indicatio verbi  
 anomali **Ran** possum & scio, eo quod no-  
 tam sit regum potentia & magnitudo ani-  
 mi, quam scire illis vti, ita tamen quod  
 neq; scientia et ficax sit sine illis. Hæc vox  
**Ran** contrariè lecta sonat **Fakt** id est ap. **Ran**  
 proximo, nam omnia aut intellectu seu  
 scientia, aut possessione nobis approxima-  
 mus, si modo eorum ingenti desiderio te-  
 neamur quod est **Fa** **hac** anhelo. Illius  
 autem desiderij instigatrix est Nuditas.  
**Fakt**/ seu paupertas, qua pigra natura  
 & otio amica ad industriam excitatur &  
 compellitur, qua sublata, & è contra sta-  
 tuta opū in singulis æqualitate & abūdan-  
 tia,

tia, tollitur usus veræ potestatis, quæ est Superioris in Inferiorem, tollitur discrimen ordinum, reverentia, obedientia quæ tolluntur plurimæ ornatissimæq; artes, quia eas ut qui factitarent non esset ratio aut auxilium, ut verè dixerit Persius; Magister artis Ingenique largitor venter, famelicus scilicet & nudus, cum abundantia, & luxus otiumq; sint præsentissima morū corruptela, in quorum decentia est omnis humana pulchritudo & quies quam nobis repræsentat numerus sequens.

---

## CAPUT NON V.M.

### Seuen.

